

{ Ann. 27. Aug. 44

7/6

g

40

38

360

Nob. et amplissime domine,

Bonum equidem factum. Quae mihi destinaras poemata tua, eadem
rectissime et ad nutum curavit tuus Bruno. Adeo vero momenta
illa placuere, imo tanti fuerunt momenti, ut quamvis occupatissimo
integras horas absulerint. Et ecce dum avidissima lectione fragran-
tiam carminum tuorum persequor, veluti lymphatus in hos, sed
plenos ruris et infeliciarum, versiculos erumpo:

Barbariem Batavis quid enim lascire poeta

Improperas, ubi tot copia docta virum?

Alterd laus Romæ divisa est altera Graiis,

Hugenides unus paginam ultramq; facit.

Ingemit, exultat, pungit, docet, ac meditatur,

Proteus non Proteus, fertilitate pari.

Heroes, elegos, arguta epigrammata testor,

Ingenio hic genius iure perennis erit.

At hic desino, ne te Rosciū nostrū provocare videar, et merito à
quōquam occinatur, Impar conpresso Achilli. Pro singulari autem in
me affectu, quem perpetuum esse cupio, gratias, ut par est, non minus
habeo, quam tua illa non desultoria, si verum audire vis, sed sibi
constans doctrina laudem meretur cūlatisimam. De antidoro
porro chartaceo iam nunc cogito, quod tuam prævenisset libera-
litatem, nisi more suo typotetarum tarditas editionem Commen-
tationum mearum ad consuetudines patrias sufflaminaret. Breui
tamen enixaeros bona spes est, quod diudum parturiunt. Bene vale
vir nobilissime. Noviomagi prid. Eid. Aug. cl. hc XLIII.

Ampliss. dignitati tuae

addictissimus

Lamb. Goris



40

39



Nobilissimo et amplissimo domino,
Constantino Hugenio, Equiti,
Gulichemii toparchæ, principi
Auriae à consiliis et secretis etc.

Hagam

